



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

VI. Christus Dominus ea solùm de causa immundum venit, vt pro peccatis
satisfaceret, hominemque redimeret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

Vt enim forma aliqua in tabulis depicta, sordibusque aliunde superiniectis oblitterata, instaurari nequit, nisi eius presentia adhibeatur, ad cuius speciem primò tabula depicta fuit; eodem modo ille vndequaque bonus Patris filius, imago & character Patris, ad nostras regiones profectus est, vt hominem ad sui imaginem factum denuo reficeret. Fuit ideo etiam conueniens, vt per filium naturalem adoptionem filiorum reciperemus.

CAPVT VI.

Christus ea solum de causa in mundum venit, vt pro peccatis satisfaceret, hominemque redimeret.

T, Id

ID passim diuinæ litteræ signi-
Luc. 19. 10. fificant: Diuus Lucas his verbis:
 Venit filius hominis quærere, & sal-
 uum facere quod perierat. Et Chri-

Ioan. 10. 10 stus ipsemet apud D. Ioannem:
 Ego veni ut vitam habeant, & abun-

Gal. 4. 4. dantius habeant. Et Diuus Pau-
 lus: ubi venit plenitudo temporis, mi-
 sit Deus filium suum, factum ex mu-
 liere, factum sub lege, ut eos, qui sub
 lege erant, redimeret, ut adoptionem

1. Tim. 1. 15. filiorum reciperemus. Et: Fidelis

sermo, & omni acceptione dignus, quod
 Christus IESVS venit in hunc mun-
 dum peccatores saluos facere. Testi-

moniis his accinunt sancti & or-
 thodoxi patres, docentque Chri-

stum, si homo non peccasset,
 non fuisse venturū. D. Augusti-

*Lib. 1. de
 pecc. mer.
 & rem. c.
 26.*

nus sic habet: Ex scripturis sanctis
 sufficienter apparet Dominum Ie-
 sum Christum non aliam ob causam
 in carne venisse, ac forma serui acceptū
 factum obedientem vsq; ad mortē cru-

cis, nisi ut hac dispensatione misericor-
 diſſimæ gratiæ, omnes, quibus tanquã
 membris in suo corpore constitutis, ca-
 put est, ad capeſſendum regnum cœlorũ
 vivificaret, ſalvos faceret, liberaret, re-
 dimeret, illuminaret &c. *Lib. 5. c. 14.*
 D. Irenæus cùm dixiſſet ſolitus fuiſſe
 Apoſtolum vocabulo carnis &
 ſanguinis ſignificare Chriſtũ, ut
 ſalutẽ carnis noſtræ cõfirmaret,
 illico ſubiungit: Si enim non habe-
 ret caro ſaluari, nequaquam ver-
 bum Dei caro factum fuiſſet. Et:
 Si non haberet ſanguis iuſtorũ inquiri,
 nequaquam ſanguinem habuiſſet Do-
 minus. S. Gregorius Nazianze- *Orat. 4. de*
 nus: Quæ inquit, humanitatis à *Theol.*
 Deo, propter nos ſuſcepta ratio extitit?
 profecto ut nobis ſalus pararetur; quid
 enim aliud cauſſæ afferri poſſit? S. Au- *Serm. 8. de*
 guſtinus expendens illud Lu- *Scr. Ap.*
 cæ: venit filius hominis quærere, & *c. 19.*
 ſilvum facere quod perierat, ſub-
 iungit: ſi homo non periſſet, filius
 I 6 homi-

hominis non venisset. Et: Nulla causa fuit veniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Hæc sententia multò magis diuinam bonitatem & charitatē nobis commendat, quàm si dicatur fuisse venturum Christum, ob vniuersi perfectionē, vel alias ob causas. Plus etiam aliquid videtur Deus propter nos fecisse si ad remedium peccati ita filium suum misit in mundum, ve nisi ob eam causam missurus alias non fuisset. Grauitas tandem & prauitas peccati mortalis sic quoque amplius clarescit.

CAPVT VII.

Dominus noster plenè pro peccatis generis humani satisfecit.

Actio.

AC
qu
dignit
parte
ex ch
tum e
ferent
tum c
cui ea
cet ex
rò ho
piauit
mit,
quo
Pater
offen
que e
stitia
tion
adm
tisa
sa ho
tera
lutè